



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 429. Usque Ad Annum 483

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117816**

§. 7. Responsum Catholicorum Constantinopolitanorum ad Concilium  
datum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66052](#)

Sæculum V. *tibi expediat, dubitabis? sex millia dixi,*  
 A. C. 431. *illis quoque comprehensis, qui Metropoli-*  


---

*tis subordinantur. Hoc collimabat ad*  
*impetrandum mandatum, quo Episcopi*  
*venire juberentur; & venient aliqui, a*  
*Concilio missi, qui gesta narrabunt. Re-*  
*spondit Imperator: Bene dixisti. Ora*  
*pro me! Scio, Imperatorem Deum time-*  
*re, & sacro Concilio favere; perversis*  
*bominibus aures ultra non dabit. Ergo*  
*pro Imperatore, & pro nobis orate! Po-*  
*pulus Constantinopolitanus exclamavit:*  
*Anathema Nestorio!*

## §. VII.

*Responsum Catholicorum Constanti-*  
*nopolitanorum ad Concilium*  
*datum.*

*Conc. Ephes.* Imperator igitur utriusque partis Epis.  
 p. 782. copis, nempe S. Cyrilli, & Joannis An-  
 tiocheni, mandavit, ab urbe Epheso, quos  
 vellent, delegarent, qui se Constantino-  
 poli, quis rerum status esset, edocerent.  
 Mandatum istud ad Comitem Joannem  
 directum, & interim S. Cyrillo, & Me-  
 mnoni in carcere manendum erat. Si-  
 mul Episcopi, qui Constantinopoli erant,  
 numero septem, Concilii Patribus re-  
 sponderunt, data Epistola 20. Mezori,  
 Indictione 15. id est, 13tia Aug. anno  
 431. Gratulantur, quod ipsis datum sit,  
 pro

p. 772.

pro bona causa pati. Paratos se dicunt, Sæculum V.  
 vel Constantinopoli remanere, vel Ephe- A.C. 431.

---

sum proficiisci, si Concilium jubeat. Aliam Epistolam ad Concilium dedere Clerici Constantinopolitani; initio hujus Epistolæ visuntur nomina: *Dalmatius, Tigrius, Samson, & Maximianus,* qui erant inter Presbyteros præcipui. *Epistolam vestram, ad Imperatorem diretam,* inquiunt: & quæ de Nestorii Depositione agit, coram omnibus recitari jussimus. Totus nobiscum populus probavit, acclamavit. Laudibus vestris omnia insonuere. Jam rogamus, ut ad separandam Ecclesiam Constantinopolitanam animos intendatis, hoc enim unicum vobis faciendum restat, scilicet, ut Episcopum Civitati nostræ ordinetis. Dalmatius, Presbyter Archimandrita, & Monasteriorum Pater, primus subscriperat, nihilominus suo etiam nomine ad Concilium scripsit, & gratulatur reportatam de Hæresi victoriæ. Alypius quoque, Presbyter Apostolorum, hac super re ad S. Cyrillum dedit Epistolam, eumque ut Confessorem, & Martyrem honorat. In fine sub- Coll. Baluz. jungit: *Candidianus Diaconus, qui has tibi reddet, omnia, quæ hic contigerunt, narrabit; dicet, quæ gessimus, quam libere, & pia audacia pro veritate locuti fuerimus.*

p. 755.

p. 653.

Conc. Ephes.

p. 785.

## §. VIII.